



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XX. Maleuolentia & inuidia Brunonis fratris in S. Henricvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Nostra quoq; auctoritate sancimus, vt in Abbatiis, monasteriis, comitatus, foris, mercatibus, monetis, naulis, teloniis, castellis, villis, viciis, areis, servis, ancillis, tributariorum, decimis, forestibus, siluis, venationibus, pescationibus, molendinis, aquis, aquarumve decursibus, campus, pratis, piscinis, terris cultis & incultis, libris, argento & auro, geminis, vasis, ornamentiis, vel aliquibus utensilibus in cultum & religionem DEI ibidem collatis, & in omnibus terminis, rebusq; eiusdem Ecclesie, aut quidquid ad praesens illuc pertinet, vel ex his amplificari potest: nulla sit infestatio tyrannorum, nulla potestas irruat ibi per violentiam; nullus ibi Comes, aut Iudeus legem facere presumat, preter Episcopum eiusdem loci, omnisq; possessio DEO famulantium ibi pro * emunitate habeatur. Sit ille Episcopatus liber, & ab omni extranea, & iniqua securus potestate: quatenus ibidem DEO famulantes, & primi * Emanuitali, constrictoriis memoriam dignae celebrare, nosq; fautores & corroboratores aliquando possint & velint DEO precibus suis commendare. Et ut hec nostre auctoritatis traditio firma & inconclusa permaneat, hoc priuilegium inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus corrupta voce, insigniri.

Hæc nos de fundatione, vel confirmatione sanctæ Babenbergensis Ecclesie, accepta occasione, dixisse sufficient, nunc ad cœptam narrationem de gestis beati viri animum, stylumq; vertamus.

C A P V T X X.

*Malevolentia & inuidia Brunonis fratris in
S. Henricum.*

Begis autem frater erat * Bruno, Augustensis Sedis * Bruno frater Episcopus, qui felicibus fratribus acribus inuidens, S. Henrici Epis. multas ei aduersitatum iniurias, in quantu potuit, Augustanus de causa cum inferebat: & vbi per se non poterat, inferentibus se fratres simul adiungebat, vel alios ad inferendas exhortando stimulos eis tationibus Dirm: prauæ incitationis subdebat. Cui frater non solùm talionem lsb. 5. § 6. non reddit, verum etiam instructus fraterna dilectione, omnia dissimulando, & patienter sustinendo, illum in bono vincere satagebat.

C A P V T